

frustula deuoratur. Inuenta hæc forma in gratiam eorum, qui potionēs, pilulas, tabellas & similes medicamentorum formas fastidiunt. Dein ut ventriculus exiccatus humectetur, quod à potionē subito præterilabente fieri non potest: Quare in febribus ardentibus bolus ex cassia cum syrupo violato præscribitur. Differentia autem bolorum est, quod alii ad purgandum, & quidem vel primas vias, vel ex alto humores eduentes; alii ad alterandum; alii ad corroborandum; nonnulli ad mouendas vrinas, quidam ad somnum conciliandum instituuntur.

Purgantes boli aliquando ex simplicibus medicamentis purgantibus, aliquando ex solis antidotis liquidis purgantibus; aliquando ex solidis antidotis, speciebus corrigentibus addidis, quæ vel liquore vel syrupo vel saccharo excipiuntur, & aliquando deaurantur, aliquando non, & ab ȝ i. ad ȝ ii. exhibentur.

Bolorum purgantium materia est cassiæ recenter extractæ medulla, catholicon, confectio hamech, diaphenicum, diaprunum simplex solutuum, elect. de succo rosar. electuar. lenituum & similes confectiones supra explicatae. Addetur his ihabarbatum puluerizatum, agaricum, pulpa sebesten, nonnunquam etiam conseruæ & diagrydium. Ut si bilem vtramque purgare velis:

ꝝ. Cassiæ rec. extract. ȝ vj. catholici ȝ. ȝ.

f. bolus, exhibeatur cum syrupo violato, vel
cum sacchara.

Valentior erit, si addes vel electuar. de succo ro-

sar,